UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De eruditione christifideliu[m]

Herolt, Johannes

Colonie, 27. X. 1496

Qua[n]do sup[er]bus ornat[us] est p[e]cc[atu]m mortale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30784

Visual Library

varijs veſtibus tectam. in cuiꝰ veſtimē/
torum cauda quā poſt ſe trahebat lon/
giſſimam vidit multitudinē demonum
ꝗ erant nigri vt ethiopes. qui vt glires
ore cachīnantes: manibus plaudētes.
et ſicut piſces in ſagena incluſi ſaltātes.
Cōſpexit hec ſacerdos: eāq̄ꝫ ſtare iuſſit.
ꝓpl'm aduocauit. ⁊ demones ne fugerēt
adiurauit. ⁊ vt ꝓpl's hoc videre poſſet p̄
cibus obtinuit. Videnſq̄ꝫ mulier ꝓpter
veſtimentoꝝ ſuꝑbiam ſe ſic a demonibꝰ
deluſam ⁊ deriſui habitā: domū rediēs
veſtimēta mutauit. ⁊ tā ipi q̄ꝫ alijs hec
viſio facta eſt occaſio humilitatis.

¶ Superbꝰ ornatus quādo
eſt peccatū mortale. N

ORnatus mulieꝝ ſil'r ⁊ virorum
poteſt eſſe mortale peccatum tri
pliciter. Primo ꝓpter intentio
nē. quedā em̄ ornant ſe vt ab alijs viris
ꝯcupiſcātur q̄ꝫ a viris ſuis. qđ cōſtat eē
mortale pctm̄: licet nō habeant volūta/
tem conſentiendi illis ꝗ eas concupiſcūt
Quia ſcḋm Augꝰ. nō ſolum appetere ſed
etiam appeti velle criminoſum eſt. Vñ
Chriſ. in libro de ꝯpunctōe. Si muli
er ſe decorauerit ⁊ ad ſe viſus hoīm pro
uocauerit: extremam vindictam ſuſtine
bit. Alie vero dicūt ſicut ille mulieres ꝗ
ſunt in matrimonio ꝯſtitute ꝙ tam ſe or
nant vt viris ſuis placeāt ⁊ ſic cuſtodiāt
ſe ab alijs mulieribꝰ. ſꝫ mētita eſt iniqui
tas ſibi. hoc patꝫ qꝛ multe mulieres or/
nant ſe potius qñ ꝓdeunt in publicum
q̄ꝫ quādo ſunt cum viris ſuis in domibꝰ
ſuis. Item quādo viri ſunt in remotis
ꝑtibus. ⁊ vxores talium dicūt ꝙ ornāt
ſe ꝓpter maritos ꝓprios ad ꝯplacendū
eis. ſed deus qui cognoſcit corda homi/
nū ſcit an ſic ſit: qui nullo modo decipit̄
Sed ſciendū eſt ſcḋm ſanctū Tho. ſecun
da ſecūde. q. clix. ꝙ mulier in matrimo/
nio conſtituta licite poteſt operam dare
ꝙ viro ſuo placeat ne ꝑ eius contēptum
in adulterium labatur Vnde dicitur. i.
ad Chorinth. vij. Mulier que nupta ē
cogitat que mūdi ſunt q̄mō placeat viro
ſuo Et ideo ſi mulier coniugata ad hoc
ſe ornat vt viro ſuo placeat hoc pōt fie/
ri abſq̄ꝫ peccato. ſit tamen ꝙ nō propter
cōſuetudinē aliarū mulierū cū ꝗbus cō/
uerſatur. nec etiam ex affectu inordina/
to ꝓcedat talis ornatus. ſꝫ cum modera
tōe fieri debet. Sꝫ mulieres ꝗ viros nō
habent nec habere intendūt nō pñt abſ
q̄ꝫ peccato appetere cōplacere virorū aſ/
pectibus ad cōcupiſcendum. qꝛ hoc eſt
eis dare incentiuū peccandi Et ſiꝗdem
hac intentōe ſe ornāt vt alios prouocēt
mortaliter peccant. Si aūt ex ꝗdam le/
uitate ſeu etiam vanitate ꝓpter quādaꝫ
iactātiam nec ſemꝑ eſt peccatum morta
le ſꝫ quādoq̄ꝫ veniale. Et eadem rō eſt
ꝗntum ad hoc de viris. hec ille. ¶ Se
cundo cum ſe ornant ex ſuꝑbia ſcꝫ extol/
lendo ſe ſuper alios hoīes ⁊ ꝯtemnēdo
alios ꝗ nō habēt talē ornatū veſtiū. vñ
Innocen̄. de vilitate ꝯditōis humane.
Suꝑbus aūt vt magnificus videat̄ ſa
tagit veſtiri duplicibꝰ indui mollibꝰ pre
cioſis ornari. Hoc patꝫ quia heu multe
homines ex ſuꝑbia ſe ornāt vt excedāt
alios in pulchritudine. vel ſaltem nō ex
cedant̄ ab alijs. vel ex amore vane lau/
dis ⁊ vane glorie. vt dicat̄ ꝙ ipi ſint pul
chri ⁊ honorabiles. Nō eſt veriſimile ꝙ
tales homines charitatem dei ⁊ proxi/
mi et proprie ſalutis habeant. quia ver
ba vane glorie chariora habent q̄ꝫ fra/
tres ſuos. q̄ꝫ deum. q̄ꝫ propriam ſalutē
q̄ꝫ etiam eternam gloriam. Tales em̄
multi contemnūt eternam gloriā qui ei
p̄ponūt laudem ⁊ gl'am hominū. Cha
rius em̄ habent vt pulchri dicant̄ q̄ꝫ vt
cōſequantur regnum eternum. qꝛ Luce
xiiij. dr. Omis ꝗ ſe exaltat humiliabit̄.
et oīs qui ſe humiliat exaltabit̄ ¶ Ter
tio ꝓpter nimiam complacentiaꝫ ⁊ amo
rem ⁊ ſollicitudinē quam habent ad or
natum ⁊ pulchritudinem corꝑis. Tan
tus em̄ p̄t eſſe amor ille ⁊ tāta ꝯplacētia
ꝙ erit pctm̄ mortale ⁊ quaſi ydolatria:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt qñ amor ille amorē dei ſupat. hoc em̄
ab hoīe colit̄ qđ pre ceteꝝ diligit̄. Hoc
bñ p3 in illis q̄ oēm ſollicitudinē appo
nūt quō corpus ornare poſſint. ⁊ ſic tem
pus ſuū conſumūt. Vñ Chriſ. in libro
de ꝯpunctōe cordis. Nos tp̄s vite no/
ſtre ꝯſumimus expoliātes dñam id eſt
animā diuerſis ꝟtutibus ⁊ adornātes
ancillā. ſ. corpus varijs ornatibꝰ. Vñ
etiā dicit Aug⁹ de verbis apl̄i ſermone
xliij. Corpis hui⁹. i. exterioris hoīs or/
namēta quāto amplius appetunt̄ tāto
erūt maiora hoīs interioris detrimenta
quāto aūt minus appetuntur exteriora
hoīs ornamēta: tanto magis pulchris
morib⁹ homo interior adornat̄. Ergo
poſtponēda eſt nimia cōplacētia veſtiū
qꝛ ꝓpter hanc ſolā poſſet hō damnari.
Vñ exemplū ſcribit Humbert⁹ de ſep
tuplici timore. ꝙ fuit q̄dam nobilis do/
mina in frācia q̄ reputata fuit ſancta in
diebus ſuis cū adhuc viueret. Que cū
ſemel eēt rapta vidit quādam magnā
comitiſſam que fuit ei familiaris. Et cū
aīam eius demones traherent ad infer
nū: ipa eiulādo clamabat: heu me miſe/
ram quia ſatis caſta fui ⁊ abſtinēs ⁊ ele/
moſynaria: nec ꝓ alia re damnor niſi ꝓ
ornatu vario que3 nimium dilexi et in q̄
mihi ipi nimis cōplacui: ⁊ ſic cu3 tali or
natu corporis mei ꝓximis meis occaſio
malarū ꝯcupiſcentiarū fui. ⁊ ſepius mo
nita tam in ſermonibꝰ q̄3 in cōfeſſionibꝰ
meis nō ceſſaui. Quia ꝓpter nobilitatē
reputabā mihi talia licē. ⁊ ſic diſparuit.

¶ Quinq3 debent cohibere
ſupbum ornatum.

ORnatū corpis debent cohibere
illa quinq3. Primū dei ordina/
tio que vult vt in pn̄ti tp̄e inten/
datur reformatio aīarum. qꝛ ad hoc ſpe
cialiter fuit p̄mus aduentus filij dei in
mundū. In futuro vero vult vt fiat re/
formatio corpm. ⁊ ad hoc erit ſcōs ad/
uentus. Tūc em̄ reſurgent corpa ſcōꝝ
et gl̄am ſuā habebūt q̄ hic ſine gl̄a fue/
rūt. ſed illa corpa que h̄ ſupbe fuerūt or/
nata: a xp̄o nō ornabunt̄. Bern. Cum
dñs ad iudiciū venerit nō reformabit ni
ſi qđ humilitatis ⁊ abiectōis inuenerit.
Vñ apl̄s ad Philip. iij. Saluatorem
expectamus q̄ reformabit corp⁹ humilī
tatis noſtre. ¶ Scōm eſt ꝙ ornat⁹ iſte
tunc deficiet quando magis eſt nceeſſa/
rius: hoc eſt in morte hoīs cū deo debe/
at homo pn̄tari ⁊ angelis ei⁹ cū itur⁹ ſit
ad gl̄am celeſtis regni Vñ Eza. iij. In
die iſta auferet dñs ornamēta calceamē
toꝝ ⁊ ānulos aureos ⁊ lunulas ⁊ torq̄s
et monilia ⁊ armillas ⁊ mitras. Armil/
las vocat gloſa ornamēta brachioꝝ. nec
ſolum deficiet ornatus gl̄e: ꝫ etiā com/
mutabitur in ignominiā Et q̄ plus ha
buit de gloria: plus habebit tunc de ig/
nominia. vñ Ozee. iiij. Gl̄am eoꝝ in ig
nominiā cōmutabo Et Eſaie. iij. Erit
ꝓ ſuaui odore fetor: ⁊ ꝓ zona funicul⁹:
ꝓ criſpanti crine caluiciū. ꝓ faſcia pecto
rali cilicium. ¶ Tertiū eſt vanitas ipſi⁹
pulchritudinis. de qua pulchritudīe le
git̄ Prouer. vi. Fallax gl̄a ⁊ vana ē pul
chritudo: mulier timens deū ipa lauda
bitur. Vana dꝛ pulchritudo qꝛ cito va
dit in nihilū: ꝓpter qđ flori comparat̄.
In Eſaia em̄ legit̄. om̄is caro fenu3. ⁊
oīs gl̄a eius tanq̄3 flos agri. Licet flo/
res ſint magne pulchritudinis: tamē ſa
tis parū amat̄ pulchritudo illa. Ratio
qꝛ cito ptranſit. Sic parum amāda eēt
pulchritudo corpis. qꝛ cito amittitur ad
minus in morte. ¶ Quartum eſt ꝙ ipa
pulchritudo talis freq̄nter maledicta ē
Vñ Job. v. Vidi ſtultū firma radice.
et maledixi pulchritudini ei⁹ ſtati Ma
ledicta eſt pulchritudo hoīs illius q̄ ꝓ
ter pulchritudinē ſuam damnabit̄. Ex
pediuiſſet em̄ hoī illi ꝙ fuiſſet leproſus
vel naſo vel auribꝰ mutilatus q̄3 eēt pul
cher hic. Quintū eſt ꝙ pulchritudo illi
us valde nociua eſt. qꝛ nocet ſibi ipi. no
cet ꝓximis: deo ⁊ angelis. hoc patet aū
ſup̄ eodē ca. M. Et hec dicta ſt3 de ſu/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN